Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Per omnia **Prefacio in nat(iuitate) domini sollempniter**
secula seculorum. Amen. Dominus uobis
cum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habe
mus ad dominum. Gratias agamus domino
deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et
salutare, nos tibi semper et ubique gra
tias agere. domine sancte pater omnipo
tens eterne deus. Quia per incarnati uerbi myste
rium noua mentis nostre oculis lux tue claritatis in
fulsit, ut dum uisibiliter deum cognoscimus, per hunc
in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum
angelis et archangelis cum thronis et dominationi
bus, Cumque omni milicia celestis exercitus ymnum
glorie tue canimus sine fine dicentes. Sanctus

Infra actionem. Communicantes et noctem (uel diem)
sacratissimam celebrantes qua beate marie intemer
ata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed
et memoriam uenerantes eiusdem gloriose semper
uirginis marie genitricis dei et domini nostri ihesu christi.
Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum. Petri. et c.